



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XV. Priorin und Convent des Klosters Arendsee nehmen den Priester  
Heinrich Altmersleben und dessen Schwester in ihre geistige  
Gemeinschaft auf, am 21. Oktober 1393.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

tildim wulues, Ghertrudim Swanes, Elyzabet hoyers, Conegundim Azendorpes Ghertrudim timme etc. — — Graciose huiusmodi concessionis cupientes esse participes Nobis humiliter supplicastis, ut vobis confraternitatem nostram dare et concedere et vos ad ipsam graciose recipere dignaremur; Vestris igitur supplicationibus fauorabiliter annuentes, Vobis confraternitatem nostram spirituaalem et Communicacionem omnium missarum, oracionum et diuinorum obsequiorum nec non Vigiliarum, Jeuniorum, castigacionum et omnium honorum operum, que per nos et succedentes nobis in predicto nostro Monasterio ad laudem et gloriam Alme majestatis in perpetuum celebrari, fieri et exerceri gratia diuina concefferit, Nec non Indulgentiarum et gracie benefactoribus nostris per sedem apostolicam nouiter concessarum participacionem propter hoc cappitulariter congregate cum psalmis et oracionibus consuets tam in vita quam in morte presentibus damus et concedimus Vosque ad dictam Confraternitatem nostram hodie recipimus, Ita videlicet, ut dicte remissionis plene in mortis articulo, Nec non aliorum premissorum omnium per graciā dei iuxta Apostolicam concessionem predictam plenarie participes esse valeatis. Memoriam insuper cuiuslibet vestrum. Cum nobis decessus uniuscuiusque vestrum innotuerit, more nostro perpetuis temporibus peragemus. Datum Arnse, in Nostro Loco Cappitulari, sub Anno Domini millesimo tricentesimo Nonagesimo tercio, dominica Trinitatis.

Rach Garneberg, Monument. historic. fascic. III, Annal. Meding. 251—257.

XV. Priorin und Conuent des Klosters Arendsee nehmen den Priester Heinrich Altmersleben und dessen Schwester in ihre geistige Gemeinschaft auf, am 21. Oktober 1393.

Alheidis, Priorissa, totusque Conuentus Sanctimonialium Monasterii Beate Marie Virginis in Arnesse, Ordinis Sancti Benedicti, Verdenensis Dioceseos, Dilectis in Christo Domino Hinrico Altmersleue, Presbytero, et Ode, eius Sorori, Devotarum Orationum communionem in Christo sempiternam. Pia et Devota vestre salutis affectio nobis directa humiliter exposcit, quod vos ad almam nostram fraternitatem ac Indulgentiam Confratribus nostris a Sede Apostolica indultam, que est plena omnium Peccatorum Remissio semel tantum in Mortis Articulo, et ad Participationem omnium et singularum Orationum, Castigationum, remunerationum, largitionum, Eleemosinarum, Vigiliarum, Missarum perpetuarumque nostrarum Commemorationum non immerito cogimur recipere. Igitur hiis presentibus dictam nostram Fraternitatem cum singulis penitentialibus remediis premissis ob specialis Dilectionis affectum, quem Vos ad Nos et nostrum Monasterium habere conspiciamus, concedimus et devote indulgemus. Cupimus etiam presentem literam post obitum vestrum nobis remitti propter exequias vestras sollempniter peragendas. Datum Anno Domini MCCCXCIII., ipso Die Vndecim milium Virgiquum, nostre alme Fraternitatis sub Sigillo presentibus appenso.

Bedmann's Besch. V, I, IX, Sp. 33. 34.